

A opes ea tempestate, ut res erant, plurimū uia atq; armis præstabant. Hæc gens libertatem seruans, nullum aduenam apud se regnare passa est. Ita neq; Persarum necq; Macedonum reges, quamvis potentes armis, eorum imperio potiti sunt. Est enim inexpugnabilis ab externo milite, propter loca partim deserta, partim arida, aquisq; deficientia. Sunt tamen fontes plurimi, sed absconditi, ac solis incolis noti. Ninus igitur Arabum rege assumpto, exercitum duxit aduersus Babylonios Arabisæ conterminos. Non dum enim condita erat Babylonias, sed alia circa urbes nobiles incolebantur: quibus propter armorum desuetudinem facile superari, tributoq; imposito, regem eorū cum filijs captum intererit. Deinde quibusdam Armeniæ urbis in potestatem redactis, Barzanes rex Nino viribus impar, cum multis donis occurrēs, & se & regnum eius potestati permisit. Huic Ninus, magno usus animo, Armeniæ regnum restituit, commeatu & militibus imperatis. In Medianam deinde auctis viribus transgressus, cum ei Farnus rex cum exercitu occurrisset, prælio uictu, cumq; uxore & septem filiis captum, cruci affixit. Prospera fortuna elatum Ninu cupiditas cepit totius Asiae, quæ inter Tanaim Nilumq; facet, potiusundæ. Secunda etenim res ut plurimum maiorum ingerunt cupiditates. Itaq; præside ex amicis quodam Mediae imposito, ipse ad reliquam subiectiendam Asiam profectus, omnem annis decem & septem præter Indos ac Bactrianos in potestatem redegit. Pugnas singulas, aut deuicitorum numerum nullus scriptor traxit. Nos quæ excellentiora feruntur, Ctesiam Cnidium secuti paucis narrabimus. Subiecit omnes maritimæ ac propinquas geras, Aegyptios, Phoenices, & interiorē Syriam, Ciliciam, Pamphiliam, Lyciām, Cartiam, Phrygiām, Misiām, Lydiām, Troada, & Phrygiām quæ est supra Hellespontum. Propontida erām, ac Bithyniam, & Cappadociam, & gentes iuxta Pontum barbaras usq; ad Tanaim flumen suæ ditionis fecit. Adiecit imperio Cadusios, Tapyros, Hyrcanos, Drangas, Dernicos, Carmanios, Coroneos, Rhombos, Vorcanios, Parthos, Perfas præterea, ac Susianos, Caspiosq;, ad quos angustus est aditus, unde & porta Caspiae appellantur: pluresq; alias, quas recensere insituto opere prolixius esset, ignobiles nationes. Initio cum Bactrianis bello, cū & locorum difficultate, & hominum numero se tutarentur, retrocedens in tempus aliud id certamen distulit. Deductio in Syriam exercitu, urbi condenda locum elegit. Verum cum superiores omneis gloria & rebus gestis superrasset, urbem quoq; ingentem condere statuit, cui par magnitudine neq; fuisse antea, neq; esset futura. Arabum regem donis spolijsq; cumulatum, magnifice cum exercitu domum remisit. Ipse coactis undiq; viribus, & his quæ ad tantum opus spectarent, paratis, supra Euphratem urbem condidit, nō æqua laterum dimensione, nam duæ muri partes longiores erant reliquis. Horum latus quolibet longitudine est stadiorum centum quinquaginta, breuiores uero stadii nonaginta. Qua muri dimensione ambitus stadia complectitur quadringenta octoginta. Et sane spe sua, nequaquam frustratus est. Nulla enim postmodum urbs tanto ambitu, tanta ue moenia magnificentia constructa est. Altitudo murorum, pedum est centum: latitudo, qua tres currus simul perambularent. Turres mille & quingenta: quarum altitudo pedum est ducentorum. Habitare eam coegerit maiori ex parte Assyrios, & quidem potentiores. Ex reliquis nationibus uoluntarios assumpsit, a nomine suo urbem Ninam appellans. Agros propinquos habitatoribus diuisit.

D E S E M I R A M I D I S G E N E R E, etiusq; incremento. Cap. II.

Condita urbe, arma in Bactrianos uertens, ibi Semiramidem uxoremcepit: quæ cum clarissima omnium mulierum seratur, quomodo ex d 4 humili